

CURRICULUM AUTUMNALE LITTERARUM LATINARUM

Labor limae inter oratoriam et poeticam

«*Omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione quadam inter se continentur*».

Cic. *Pro Archia* I 1

Nobis hoc in curriculo propositum est, ut *Litteras Latinas* per Ciceronem et Vergilium tractemus. Ut horum scriptorum conspectum ante oculos habeamus, alterius artem oratoriam, alterius vero poeticam excutiemus: illius enim orationem *Pro Archia*, huius librum sextum *Aeneidos* legemus. Idcirco nobis utriusque stilum expedientibus et ligata et soluta oratio exploranda erit. Quo melius historiam litterarum aetatis, quae dicitur, aureae rimemur, res gestas Romanorum primi saeculi a. Ch. n. brevi inquiremus.

Curriculum eis discipulis dedicatur, qui iam sunt in sermone Latino exercitati; ideo postulatur ab iis ut seu libros q.t. *Familia Romana*, *Fabulae Syrae* et *Roma Aeterna* (usque ad cap. 40) iam perlegerint, seu parem gradum linguae Latinae atque adeo volubilem eius usum consecuti sint.

1) Index operum

- M. T. Ciceronis *Pro Archia* (ed. Clark).
- P. M. Vergilii *Aeneis* (ed. Mynors).

2) Index librorum commendatorum

- A. La Penna, *L'impossibile giustificazione della storia. Un'interpretazione di Virgilio*, Laterza, Roma-Bari 2005.
- E. Narducci, *Introduzione a Cicerone*, Laterza, Roma-Bari 1992 (ed. recentior 2005); Id., *Cicerone. La parola e la politica*, Laterza, Roma-Bari 2008.
- P. Grimal, *Cicéron*, Librairie Arthème Fayard, Paris 1986.
- M. Fuhrmann, *Cicero und die römische Republik: eine Biographie*, Artemis & Winkler 1989; *Cicero and the Roman Republic* (tr. by W. E. Yuill), Blackwell 1992.

3) Ad litterarum Latinarum historiam

- F. STOK, *Letteratura latina. Generi e percorsi*, Carocci, Roma 2020.
- S. J. HARRISON, *A Companion to Latin Literature*, Blackwell, 2005.
- G. B. CONTE, *Letteratura latina. Manuale storico dalle origini alla fine dell'impero romano*, Firenze, Le Monnier 1987 (ed. recentior 2019); ed. en. *Latin literature: a history* (tr. J. B. SOLODOW), Johns Hopkins University Press, Baltimore and London 1994
https://www.academia.edu/95323208/Gian_Biagio_Conte_Latin_Literature_A_History_1994

4) Progymnasmata

Notiones artis grammaticae, ut syntaxis et metrum, elementa cognitioni necessaria, per progymnasmata varia enodabuntur. Ideoque lingua dicendo, legendo et scribendo exercebitur.

Ordo rerum tractandarum

- I. Manuductio ad curriculum
 - a. *Brevis rerum gestarum conspectus*
 - b. *Cicero*
 - c. *Vergilius*
- II. Oratio pro Archia
 - a. *Rerum status et condiciones*
 - b. *Iudicium*
 - c. *Lectio*
- III. Liber VI *Aeneidos*
 - a. *Priorum librorum conspectus*
 - b. *Liber VI*
 - c. *Lectio*
- IV. Exercitia
 - a. *Grammatica et syntaxis*
 - b. *Ars Latine scribendi*
 - c. *Colloquia et pensa*

Descriptio scholarum

- Curriculum ab prima hebdomade mensis Octobris ad postremam mensis Decembris habebitur;
- bis quaque hebdomade conveniemus, ut scholas habeamus, quae horam cum dimidia durabunt;
- numerus cunctarum scholarum per decem hebdomadas erit circiter XX, id est XXX horae, quibus discipuli in exercitiis solvendis XXV saltem horas superadditas collocare debent;